Testowa król wyrzekł na sejmie Toruńskim 1576 roku: więc to pismo do tej teki nie należy.

341

# Responsum in Comitiis Stephani Regis Poloniæ Nuntiis Terrarum.

78

Non sum servicola, sed homo liber natus, neque antequam in has terras venissem, mihi victus et amictus defuit, libertatem meam ego amo, et conservabo. Deo volente per vos in regnum vestrum sum electus, vobis cupientibus, vobis instantibus huc veni, à vobis capiti meo corona est imposita. Sum igitur rex vester non fictus, neque pictus, imperare, et regnare volo, neque patiar, ut quivis vestrum mihi imperet. Custodes estis libertatis vestræ, non igitur vos vos volo, fieri pedagogos meos, Senatorumque meorum custodes. Igitur tales sitis libertatum vestrarum, ne libertas vestra in abusum vertatur. Domini Senatores vel mihi administrate iustitiam, vel mihi solvite manus, quas legibus vestris ligastis, et ego vindicabo.